



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Paraenesis De Eleemosyna**

**Alardus <Aemstelredamus>**

**[Köln], 1545**

**VD16 A 1250**

Qui sunt pauperes & inopes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63012)

## DE ELEEMOSYNA.

dum, prouocat mentem tuam. Iste pauper tantum,  
non digito ostendens hæc Christi discipulus.

Chrysoftomus in Lucam capite 16. Habet & pau-  
pertas martirium suum, & egestas bene tolerata  
facit martirium, sed egestas propter Christum, nõ  
propter necessitatẽ. Cæterũ quanti pauperes sunt,  
& diuites esse desiderant, & scelera faciunt? Non er-  
go paupertus simplex beatum facit, sed paupertas  
propter Christum: fides, famẽ non timet. Qui Chri-  
stum amat, non timet famem, qui Christum habet,  
omnes secum diuitias habet. Augustinus de tempo-  
re sermone 110. feria quarta post dominicam passio.  
sermone 1. Qui enim dicuntur pauperes & sunt, in  
quos à deo mandat, ut eleemosynæ fiant, de quibus  
fatemur scriptum: Include eleemosynam in corde  
pauperis, & ipsa orabit pro te dominum. Abundat  
quidem hoc genus hominum. sed altius intelligen-  
dus est iste pauper, de quo dictum est: Beati paupe-  
res spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorũ.  
Sunt pauperes non habentes pecuniam, uictum quo-  
tidianum uix inuenientes, alienis operibus miseri-  
cordia sic indigentes, ut etiam mendicare non eru-  
bescant, sed si de his dictum est, Tibi derelictus est  
pauper: nos quid facimus qui hoc non sumus? Er-  
gonos qui Christiani sumus, non sumus deo dere-  
lictĩ? Et quæ alia nobis spes est, si non sumus illi  
derelicti, qui nos non dereliquit? Discite ergo esse  
pauperes, & deo relinqui o compauperes mei.

*Qui sunt pauperes & inopes.*

**A**ugustinus in Psalmum 93. Propter miseriam  
inopum & gemitum pauperum, nũc exurgã

E iij

## DE ELEEMOSYNA

dicit dñs: Qui sunt paupes? Qui sunt inopes? Qui spē nō habent, nisi in illo solo, in q̄ solo spes nō fallit. Attendite fratres, qui sunt pauperes & inopes. Non omnino pauperes, qui nihil habent, uidentur dici à scriptura, quando laudantur pauperes. Inuenis enim pauperem hominem, qui quando patitur aliquam iniuriam, non attendit nisi patronum suū, in cuius forte domo manet, cuius inquilinus est, cuius colonus est, cuius cliens est, & ideo se indigne pati asserit, quia ad illum pertinet. Cor ipsius in homine, spes ipsius in homine, cinis in cinere. Sunt autem & alij qui opulenti sunt, & honoribus secundū tempus humanis fulciuntur, & tamen nec in pecuniam suam spem ponunt, nec in fundis suis spem ponūt, nec in familia sua spem ponunt, nec in claritate transitorie dignitatis, sed totam spem in illo ponunt, cui non succeditur, qui mori non potest, qui falli et fallere non potest. Tales etsi multa uidentur habere secundum seculum, bene tamen ea gubernant ad refectionem indigentium, inter pauperes domini numerantur. Vident enim periculose se uiuere in hac uita, sentiunt se esse peregrinos, sic diuersantur in opulentia diuitiarum suarum, quomodo uiator in stabulo, transiturus, non possessurus. Cum Paulus ille in omni officiorum genere fuerit diligentissimus, tum præcipue pro collationibus, atque communicationibus faciendis in pauperes sanctos. Id quod paratum est colligere ex epistola ad Romanos decimoquinto, pri. Corinth. decimosexto. 2. Corinth. octauo & nono. Actorum tertio & undecimo.